

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies tertius et quartus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

De S. Menna Seu Manna V. Fontaneti In Lotharingia. Commentarius
Prævius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72907](#)

AUCTORE
J. B.

explicatur.

Hilarionis obitum audivit Hesychius, in Cyprum reddit, atque post menses fere decem ablatum clam Hilarionis corpus in Palæstinam detulit, Majumæ que condidit anno 572 vel 573. Quix hoc postremo § dicta sunt, in unum collecta, quam subjicio, synopsis exhibet.

54 S. Hesychius nascitur anno incerto sub initium sexculi iv vel finem iii.

Amplectitur vitam monasticam sub S. Hilarione probabiliter nec citius anno 528, nec serius 534 Majumæ in Palæstina.

Adhuc omnem curam ab anno 534, saltem usque ad annum 536, ne clam auspicat Hilarion.

Comitatibus Hilarionem in Ægyptum anno 539 aut certe circiter.

Migrat in Oasin et cum Hilarione capitatis periculum subit anno 561 vel 562: indeque in Pa-

lestina abit, degentes Majumæ fratres invisurus. D Invenit post multum, cum rixæ, tum laboris S. Hilarionem in Sicilia, ducitque in Dalmatiæ primo, deinde in Cyprum anno 563.

Missus hinc alteris vicibus ab Hilarione in Palestina ad visitandas antiqui monasterii reliquias, ad Hilarionem apud Paphum morantem reddit anno 567, suadetque magistro, ne Cyprum deserat, sed secretiorem potius in eadem insula locum deligat.

Hæres scribitur ab Hilarione anno 571 vel 572, ejusque demortui exuvias e Cypro in Palestina defert anno 572 vel 573, et terræ honorifice mandat Majumæ, vitamque monasticam profiteri pergit. Cum porro lateat, quādūcēt deinceps in vivis Hesychius fuerit, annum 575 initio Commentariū adscripsi, veluti illum, quo postremum floruisse, certius scitur.

DE S. MENNA SEU MANNA V.

FONTANETI IN LOTHARINGIA.

J. B.

B

SUB FINEM
SÆCULI IV.
S. Menna,
cujus Acta
aliisque mo-
numta,

Quod usu venire solet Sanctorum Actis, quorum res gestæ longo ab eorum obitu intervallo, et pene delecta temporis diuturnitate earum memoria, posteritati transmituntur, nimis ut Actorum illorum sin minus præcipua capita, varia certe adjuncta in dubio plerumque versentur, et fidem integræ certamque apud eruditos non inveniant, id æquo S. Mennæ seu Mennæ Actis accidisse, videmus. S. Mennæ Vitam, cui initium: Clemens mundi Reparator, ad nos olim a P. Chiffletio missam fuisse, in Catalogis nostris reperi, Vitam vero ipsam inventire nusquam potui: incidi tamen in illius, quantum quidem appetat, Fragmentum aliquod, cui hec subscripta leguntur: Presbyter de Pusieux Joannes Reginaldus le Petit testatur, hec descripta esse ex codice vetustissimo manu picto, in multis lacerato, antiquitate sua, usu temporum, hominumque injuria ut plurimum obscuro. Descripsit illud P. Paperochus ex apographo, quod ad P. Sironundum miserat subscriptus Fragmento presbyter. At quantumcum codex ille præ se ferat antiquitatis indicia, is tamen est, qui S. Mennæ actæ sit longe posterior.

C Superiore vero seculo S. Mennæ historiam Gallice typis edidit Joannes Ruyr, San-Deodatensis ecclesiæ cantor atque canonicus, part. in lib. 1. Antiquitatum Vosagi cap. 21 partim ex antiqua (idem enim, quod mox memoratae S. Mennæ Vitæ, Ruyriæ narrationi exordium est) S. Mennæ Vita Ms. e Portu suavi accepta, partim ex Ruperto abbate Tuitiensi, quibus ecclesiæ Liberdenensis manuscripte accesserunt; adeo ut amissæ apud nos S. Mennæ Vitæ jacturam Ruyrius, laudatunque Fragmentum ultimumque resarciant.

qua de illa
meminerunt,

2 Rupertus S. Mennam ejusque germanos fratres et sorores obiter attigit in Vita S. Eliphii martyris, quæ apud Surium est ad diem 16 Octobris, sæculo duodecimo, Albani S. Martini Coloniz Agrippinensis abbatis rogatu conscripta. Faciem Ruperto prætulit auctor quidam anonymous, qui primus, Ruperti temporibus longe anterior, S. Eliphii res gestas persecutus est: propter hunc, quem consideret, Rupertus non habuit. Simplex nimis et subobscura Benedictini Patribus anonymous videbatur oratio; eaque de causa Rupertum impulerunt, ut sancti martyris, cujus reliquias possidebant, res gestas compiöre et clariore stylo recuderet. Perisse anonymous lucubrationem, Tillemontius Nota 12 in persecutionem Juliani et Bailleus in Tabula critica Auctorum et Actorum mensi Octobri prefixa videntur innovere: sed, mea quidem sententia, perperam: quamquam

enim Rupertus antiquiora S. Eliphii Acta non parum immutari, sunt tamen nonnulla, quæ ipissimum anonymi verbi expressit: nimurum hæc, quæ tamquam anonymi citat: Considera, cæsar, quia tibi et nomine tuo non prospera, sed adversa prophetat, et sine ullo tui timore contra tuam potentiam audacter rebellat: item hæc: Eliphii (sic Julianum sancto Martiri extrema minitatem inducit anonymous) quare deos dissipasti et incantationibus nefariis ad nihil deduxisti? Nisi meo obtempores præcepto et renoveres deos atque colas, quos minutatim confrigisti, gladius meus caput tuum dividet particulatum. Jam vero geminum habemus S. Eliphii Passionis exemplar, alterum e Ms. vetusto S. Viti in Gladbach descriptum et cum Ms. S. Maximini Treviris collatum, alterum e Ms. codice conobi S. Magni Ordinis Canoniconum Regularium S. Augustini ad pedem Pontis Ratisbonæ in Bavaria desumptum, quod utrumque eadem phrasæ, verbisque, uno altero deemptis, iisdem refert tum delatoris columnas, tum Juliani minas: quod sane argumento est, ipsam anonymous lucubrationem Ms. utroque contineri.

5 Admodum recens est, teste Tillemontio, S. Eliphii Vita, quod ea, quam Rupertus scriptis, verissimum haud valde antiqua sunt, est: sed nec multum antiquitatis habet ea, cuius auctor F anonymous est, comparare ad S. Mennæ actæ. Ea enim secundum anonymous Juliani apostata temporibus floruit: ille autem S. Mennam in loco, qui Porsæ dicitur, seu in Portu suavi conditam scribit. Cum itaque S. Mennæ corpus ad Portum suavem sub Ponte Tullensi episcopo ac summo deinde Pontifice, anno supra millesimum trigesimo sexto, ut in decursu videbatur, primum translatum sit, consequens est, ut ante hunc annum scriptum suum non elucubrari anonymous, atque adeo saeculo tantum Rupertum actate superari, licet hic illum se longe antiquiore nominari. Neque tamen multo post scripsisse dicendus est, tum quod Rupertus, qui anno 1157, auctore Mirzeo, e vivis abiit, eum se longe antiquiore nulla veri specie dicere alias potuisse, tum quod id suadeat codicis Ratisbonensis, cui S. Eliphii Vita inserta est, vetustas, quam 700 facile annorum esse, conjectat, quisquis tandem in Ratisbonensi apographo nostro locum, unde S. Eliphii Vitam accepimus, annotavit. Porro cum idem quoque de S. Menna in Portu suavi condita etiam Acta S. Libarie memorent, nec illa ante annum 1056 in lucem prodire. Ex his quidem colligere primum est, nulla esse ex Actis laudat, quæ eorum omnium, quæ continent, fidem faciant certam; scilicet autem tot erroribus anonymous S. Eliphii Vita, quot illam, quam tamen non vidit, Bailleus in Tabula

AUCTORE
J. B.

- A Tabula critica Auctorum et Actorum laborasse non dubitat, ad diem 16 Octobris S. Eliphio sacram exanimari poterit. Ad S. Mennae natales me converto.

Bactii et Lientrudis filia,

4 Solimariacæ, cuius itinerarium Antonini meminit, Leucorum olim oppido, nunc vico Soulosse vernacula dicto, et Novo castro Campania Gallicæ Tullum cunibis versus Veram fluvium obvio S. Mennae natales Ruyrius aliique, nonnulli vero Tullo adscribunt. Haud procul Solimariaca sedem præcipuum fixisse, illi aiunt, S. Mennæ parentes Bactii et Lientrudem, olim quidem insigne atque spectabilem, at modo temporum vetustate omnino collapsam. Patrem in loco, cui propterea Bactimani nomen sit inditum, ad hodie ignoto sepultum; matris vero corpus in ecclesiam S. Petri Romarici aliquando translatum volunt, nimurum Tullo, ubi et mortuam et a S. Eliphio sepultam fuisse, hujus Acta commemorant. Nancium inter et Pontem Motioneum juxta vicum Mosellæ adjacentem (Pompey Galli vocant) vetus inscriptio legitur Gothicus characteribus exarata, qua teste, e Catalaunix regulis Bactius originem duxit. Riguetius in Systemate chronologico episcoporum Tullensem, licet legere malleat ex Catholica regis prosapia, fieri tamen potuisse credit, ut Catalaunia Hispania regione Bactii progenitores oriundi fuerint: at Calmetus lib. in Historia Lotharingiae id de Catalauno ad Matronam Campania Gallicæ civitate potiori jure interpretandum, existimat; cui equidem faveat Campania Lotharingiaque vicinia, et Bactii in utriusque confiniis commoratio; multos autem, senescente sæculo quarto, in hisce Francia Alemanniæ tractibus regulos exstilissem, testis frequens Ammannus est.

quorum variam

B Multam porro prolem Bactius et Lientrude suscepit; cuius si numerus queritur, Acta Actis, auctores auctoribus adversantur. E sexu virili duos, SS. Eliphium et Eucharium sub Juliano martyrum passos; tres vero et sexu feminino, S. Mennam, quæ utrum martyri palmam adepta sit, nec ne, antiquitas tacuit; SS. Libarium et Susannam, quæ illibata virginitatis lilio martyri lauream adiecserunt, S. Eliphii Acta recentent. His consonant Acta S. Libaria et Breviarium Tullense anno 1553, quod Lecture 7 de S. Euchario ad diem 27 Octobris ita habet: Generunt (Bactius et Lientrudis) tres sorores sanctissimas, virgines in sanctimoniali habitu et voto cum perseverantia Domino famulantes: Mennam videlicet in Portu suavi sepultam, Susannam in Campania tumulatam, et Libarium pro confessione fidei decollatam. Verum tribus SS. Eliphii et Eucharii sororibus S. Gontrudem seu Gertrudem et S. Odam S. Mennae Acta adjiciunt, uti et Pompeiana, de qua num. præcedenti sermo fuit, inscriptio p[ro]p[ter] his verbis op[er] Calmetum expressa: Ex Catalaunia regis prosapia Bacci et Lientrudis editi sunt nobilissimi sanctique subscripti; videlicet S. Eucharius, S. Eliphius, S. Libaria, S. Susanna, S. Oda et S. Gertrudis, quorum dignis suffragis et gloriis meritis cum ipsis associemur in celis. Hi felices prælibati Juliani gladio truncati sunt. De S. Gontrude nihil peculiare scriptum inventi. Sancta quedam Odda virgo ad diem 16 Februarii in Breviario Tullensi anni 1553 annuntiatur: eademne in alia, in Supplemento Februarii discuti poterit.

femineam prolem,

C 6 Neque anonymous S. Eliphii Actorum scriptor, neque Rupertus abbas, neque citatum Tullense Breviarium S. Gontrudis et S. Odæ meminervit, quamquam reliquam Bactii progeniem accurate enumarent: ex quo fit, ut dubium merito videri possit, num hæ S. Mennæ sororibus attingenda sint: maxime si, quod Calmeto visum est, Pompeiana inscriptio sæculum XIII aut XIV non præcesserit. Hanc vetustatem non admundum magnam sapere, laudatus num. 4 Riguetius non diffitet; si temporis, quo prædicti Sancti floruisse creduntur, ratio habeatur: contendit tamen, illius auctores traditione antiqua eo permotus, monumentisque usos fuisse longe superioris aetas; quamquam de suo certis incerta, aut veris falsa nonnulla fortasse adiecerint. Verum, ne gratis ista

excogitata dicamus, quid cause est, cur Rupertus sæculo XII, cur anonymous sæculo proxime superiore S. Gontrudis et S. Odæ ne verbo quidem meminire? Justam igitur suspicandi causam præbent, aut antiquam illam traditionem (quantum ad illas pertinet) monumentaque, cum scripserunt, non extitissa, aut certe non ea illis visa esse, quibus fides esset adhibenda. Cur denique sæculo XVI Tullensis Breviarium editores S. Gontrudem et S. Odam pari silentio involvunt, quos utique traditio, monumenta prætensa, memorataque inscriptio non latuere?

7 Liberiore hic crisi Calmetus utilit, quem suis verbis Latine redditis disserentem audianus. Non est, inquit, unde rectius librum hunc quintum ordinamus, quam a primorum dioecesis Tullensis martyrum historia, qui anno CCCXII sub imperatore Juliano Iesu Christi fidem professi sunt. Utinam eorum Acta illius aetatis Christiani mandassent litteris negotium nobis modo non facesseret veri incertique, quod illi traditio vulgaris adjectit, discreto. Contendere nonnulli, S. Eucharium, S. Eliphium, S. Libarium, S. Mannam, S. Gontrudem, S. Susannam (ecquis scriptorum hos Sigmaro adscripti, aut Bactio, que sequuntur?) S. Hoildem, S. Meneholdem et S. Aman vel e Lintrude Bactium, vel e Liutrade suscepisse Sigmarum. At cum rem perscrutamus, eorumque historiæ epochas atque adjuncta compone volumus, ab hac cogimur opinione discedere, et asseverare, S. Eliphium, S. Eucharium et S. Libarium, quorum (ut constans regionis traditio fert) martyrum sub Juliano anno CCCXII contigit, secundum fere supererasse Virgines ceteras, de quibus modo dicebamus, quæ sub Alpino Catalaunensi ad Matronam episcopo circa annum CCCXL floruerunt. Subdit post pauca: Neque negare, neque prorsus affirmare audentibus, tres hosce Sanctos (Eucharium, Eliphium et Libarium) fuisse carnis cognitione germanos, diceret nobis sufficit, ejusdem fidei, perfectaque caritatis nexibus, et unius pro fide Christiana passionis societate vere fuisse conjunctos.

8 Lib. vi ejusdem Historia ita prosequitur: Quo minus de SS. Menna, Lutrude, Pusinna, Francula, Hoilde, Menehoilde, Ama et Liberata, de quibus ad annum CCCXII jam dictum est aliquid de S. Gontrude et S. Susanna nihil expresse statuit) loquuntur, longius differre non possumus. Erant haec Sigmarii comitis Pentensis et conjugis ejus Liutrudis filie, easque sanctorum martyrum Eliphii et Eucharii sorores fuisse, historici multi affirmant. Ne ab hac opinione prorsus recederemus, S. Libarie, præfatorumque martyrum martyrum eidem tempori illigavimus. Credibile tamen est admodum, ob dioecesum Catalaunensis et Tullensis confinia, F aliarumque in hac, aliarum vero in illa cultum, pie creditum fuisse, nefas haud esse, eas invicem præripere, assertumque, primorum Tullensis martyrum sorores fuisse, ut Tullensis dioecesis splendori cederet, quod ad Catalaunensem jure spectabat. Verum cum rem citra præoccupate mentis affectum perpendimus, adjunctaque incerta seernimus, ut certis solum inhæreamus, mox liquido sequitur, Sigmarum et Liutrudem nobili apud Perthenses loco fuisse, quos multa prole Deus impertit, quæ variis dispersa locis, inclinante seculo V et S. Alpini tempore, circa annum CCCXI sese totam divino obsequio consecravit. De S. Menna speciatim haec habet art. 39: S. Menna sive Manna eadem forte est, quæ S. Ama, Amea vel Imma, ob nominum, ut reor, qualemcumque affinitatem parvumque idoneam, ut rem per se verisimilem reddat.

9 Duo sunt in hoc Calmeti discursu, quorum alterum non omnino mili displicet, alterum vero uti et S. Ymnam cum S. Menna, probare minime possum. Neque enim ego in primis fraternal cognationis illud vinculum, quod inter SS. Eliphium, Eucharium, Libarium, Susannam et Mennam intercessisse dicitur, ausim pro certo habere; sane admodum mili appareat verisimile, post exactas tot annorum, in seculorum periodos, jactatasque olim tot rerum vicissitudinibus Gallias, genuinam

AUCTORE
J. B.

genuinam sinceramque horum martyrum notitiam, ut sit, sensim ex hominum evanuisse memoria. Neque prelūxisse recentiorum temporum scriptoribus quidquam reor, præter incertos vagosque vulgi rumores: unde acciderit, ut h[ic] Sancti, eti nulla forte fuerint inter sese sanguinis cognatione conjuncti, diversisque temporibus vicerint, in unam fuerint conflati familiam, forte ne vicina Campania, quam septem Sigmaris filii exzornarunt, hac ex parte Lotharingia videtur inferior: sic S. Gontrudem, sic S. Odam iis quoque postmodum fuisse adjectam, ex dictis num. 6 verosimilium fit. Quid autem S. Mennam eamdem ac Amam vel Ymnam (nam et hoc modo S. Ama Sigmaris filia inventur appellata) esse conjicit, id plane perperam facit. Septem enim Sigmaro filii (neque enim usquam his plures inventi) fuisse traduntur. Harum Ymna, inquit Acta S. Pusinna ad diem 25 Aprilis a Papebrochio illustrata, prima fuit: hic * Othildis (alias Hoildis) successit: hanc subsecuta est Luttrudis: post quam Pusinna est nata, cuius memoriam recensemus: huic [proxima] Francula in hujus luminis auras processit: inde Libera edicta * est: Magenbildis novissime genita chorum sanctae virginitatis complevit, Spiritus sancti gratia septiformi rutilantem. Jam vero inter has ne una quidem est, quacum possit S. Menna confundi, ut ostendo.

* huic

* edita

parum conse-
quenter

B 10 In primis autem de S. Francula et S. Libera seu Liberata (suspecta sunt h[ic] Papebrochio nomina, eo quod idem diversi linguis significant) illud obseruo, eas superiore saeculo, cum librum suum Gallicum, qui de Sanctitate Christiana Trecensium est, Des-guerroisius (quem consule ad annum 470) publici juris fecit, non modo cultu sacro caruisse, sed ne nomine quidem tenuis innotuisse in Gallia, donec earum seu vera seu ficta nomina MSS. Germanica in reliquarium Sigmaris filiarum Actis protulerunt in lucem. Contra non secundo superiore dumtaxat S. Mennae memoria, cultusque, sed pluribus etiam abhinc seculis in Lotharingia viguit, quemadmodum de ejus culta dicenda declarabant; nec aliunde solidi quidpiam Calmeto suppetere reor, propter quod debeat cum harum alterutra S. Menna confundi. Quod ut de ceteris quoque exercitu dem, præter Calmetum, auctorem alium non adhibeo: hunc enim si percutenter, ubi locorum ceterarum corpore primum sepulta, quove deinde translata fuerit? S. Luttrudis corpus, inquit lib. vi Historie Lotharingiae art. 34 et seqq., primum sepulcum est in sarcophago, quod S. Mauritio erexerat, ac Corbeiam Picardie (verius forte Sacconie; videlicet tom. VI Septembri pag. 449) delatum est postmodum. S. Hoildis exwie variis modo dispersa sunt locis: iis paucis Perthusis primum potius est: postea vero sub Henrico Campania comite Trecense S. Stephani templum, quod ille super erexerat. Hinc denique alterum S. Hoildis brachium abbatis Sancte cognominis, tertio fere lapide a Baroduco inter Occidentem et Septentrionem sita, alterum vero Parisiense S. Germani suburbium accepert. Prodigiorum, quæ sublatæ e vivis S. Pusinna patravit, Bantoniensis vicus spectator fuit, unde anno 860 Corbeiam Saxonie ejus ossa transvecta fuerunt. S. Menchoidis corpus dum in abbatis S. Urbani diaconis Catalauensis asservatum fuit; cuius deinde translate est pars aliqua ad oppidum Campanie, quod ab illa Fani S. Menchoidis appellationem inventum. Perha denique in odore sanctitatis S. Ama sive Ymma obiit, cuius reliquia in prioratu ipsi cognomini haud procul Joris villa, anno 1367 a PP. Benedictinus ad Franciscanos devoluta quieverunt.

confundit,

11 Quibus positis, manifesto consequitur, si ex illarum numero S. Menna fuit, iisdem quoque locis sacrum ejus corpus debuisse terra reddi et assertari exuvias. Atqui Calmetus prorsus oppositum scribit. Fontanetum, inquit, inde (S. Menna) discessit, locum oppido fertilem et cultoribus frequenter, in eoque ad obitum usque versata est. Sepultrum nacta est in ecclesia illius loci, cuius hodieque patrona est. Nec annus, nec dies obitus

D scitur: attamen ejus festum in Portu suavi in Octobris colitur cum Octava. Bruno episcopus Tullen-sis, dictus postea Leo Pontifex hujus nominis nonus, cum abbatia Portus suavis manum ultimam adiecisset, S. Mennæ reliquias eo transtulit anno XXXVI. Neque id unus Calmetus asseruit, sed vel ex ipsa Pontificis Bulla data Calendis Octobris anno Pontificis sue dignitatis 2, Indictione 5 manifestum fit: ita habet: Haec ergo me considerante, dum in initio nostræ ordinationis sui Dei dono Leuchorum, præsul electus; interea sollicitudinis mea studio mihi innotesci contigit, quod prædecessor meus venerabilis Bertholdus quoddam canonibum ex pontificalis præbendæ sumptibus, in villa, quæ Portus suavis dicitur, construere coepit, sed sine præcepto, bonum opus ad finem usque minime provexerit: cujus sanctam intentionem conspicisti, et aliquantulum portionem in ejus mercede devotionis adipisci cupiens, ceptum labore, Christo favente, pereplero studi, cœtumque sanctimonialium Deo ibidem servituarum congregavi, et locum in veneratione gloriose Virginis Genetricis Mariae et sanctar virginis MENNE IBIDEM CORPORE QUIESCENTIS consecravi. Fateor, Calmetum memoratas Virginum historias fide aliena, non ex sua recitatas sententia: verum qua de earum reliqua modo dicta sunt, ut sunt recentiora, ita et firmiora credimus, quam ut refelli facile possint: neque his quidquam Calmetus opposuit.

E 12 Restat, ut de loco S. Mennæ natali dicamus: apud Leucos, sunt, qui eam vel certe Eliphium Tullo adscribant; ut non in Scotia, Baronius ad annum 562 et Lahierius in Menologio Virginum; sunt, qui Solimariae, ut Acta S. Mennæ, at Ruyrius, Arturus, aliisque. Sollerius tom. II Augusti, pag. 10, dum Rapiniū carpit, quod cum S. Memmio Cataluensi episcopo S. Leodegarium apud Perthenses in Campania cultum et S. Mennam conjungat, hanc quoque Campanie Sanctis anname-rare videtur, cum ait: Id miramur, de conciliandis temporibus tam parum sollicitum fuisse Rapiniū ut Santos multis seculis a S. Memmio remotos, ipsi conjungendos censuerit, ac si gloria ejus non sat sibi consuluisse existimat, nisi præcipuum Campanie Sanctorum institutionem eidem adscriberet. Sed vel Leodegarium præcipue respexit, vel S. Mennam ea de causa adfecit, quod in Campania sacro fonte lustrata fuerit, annosque juveniles magnam partem exeyerit, ut quidem ejus Acta testantur. Denique Scoti etiam S. Mennæ natales sibi vindicare nituntur. Usserius lib. de Britannicarum ecclesiastarum primordiis in Addendis et Emendandis pag. 1069 Baronum et Sussayum arguit, quod SS. Eliphium, Eucharium, Libarium et Susanam Tullenses fuisse, affirmit; quippe, qui, Usserio judice, habitatione F quidem Tullenses fuere, patria vero Scoti, et regio quidem genere. Quid ita? Ex transmarinis Scotorum inibus has partes (Tullensis scilicet) moris erat expetisse multos, ut ex Actis S. Mansueti ad Ab-sone monacho conscriptis Usserius declaravit. Si nos pariter docuisset Usserius, qui e testimonio tam eago consequens fiat, hos quoque singulares Sanctos in Gallia appulso esse e Scotia, aliquod profecto operi pretium retulisset.

F 15 Dicit fortasse quispiam, SS. Valerium, Ma-tut regio Scotorum, Eucharium aliasque S. Mansueto, primo torum genere Tullensis episcopo, natione Scoto, fuisse peregrinatus, ac proin eorum numerum referendos esse ceteros S. Eucharii germanos: verum is Eucharium Tullensem cum Treviroensi inepite confundet. Sed quid de regio Sanctorum stemmate? Audi Dempsterian lib. v Historie Ecclesiastice gentis Scotorum. Num. 435 ita loquitur: S. Elius, filius regis Scotie Fincormaci, ut existimo, aut sane Crathlinthi, ut aliis visum. Et num. 892: S. Menna virgo regia, soror SS. Eliphii et Eucharii, nec non Libarie et Susannæ. Haec ille: at, qui de rebus Scoticis agunt Buchananus, Boethius, Leslus et Turnerus nullam Crathlintho prolem attribuunt; Fincormaco vero solos Eugenium atque Euthodium, quos regno nondum maturos moriens pater reliquit.

Regium

AUCTORE
J. B.

A Regium itaque S. Mennae genus commenti loco habemus : nec alia de causa, ut putamus, Crathlinho aut Fincormaco patre S. Mennam natam, Dempsterius scriptis, quam quod id exigere ratio temporis, quo S. Mennam, nimirum vergente ad finem seculi IV, floruisse, opinatus est. Quod autem ad patriam ejus transmarinam, seu Scotiam, seu Hiberniam, seu denique Britanniam attinet, fateor, esse, quod scrupulm movere cuiquam possit. Est autem hoc, sancta quedam Menna invocatur in Litaniis velutissimis Anglicanis, quae et Santos plerosque ignotos, publico olim apud Anglos in honore habitos, complectuntur, et a Mabillonio tom. II Analectorum pag. 678, labente seculo VIII, Anglicanae ecclesiae in uso fuisse, ostenduntur. Quod si huc eadem sit, ac illa, de qua nobis est sermo, non absurde quis suspicetur fortasse, eam idcirco illis insertam legi, et in Britannia cultam fuisse, quod vel in Britannia, vel in circumiacentium insularum aliqua hauserit vitam, e qua discessit in Gallis. Conjectura est, quam tanti facies, quanti voles. Ego, etsi, quod secure sequar, nihil inveniam, malum tamen Actorum qualicumque auctoritatē cedere, Gallorumque traditioni, quam transmarinis adhucere; maxime cum num. 23 S. Mennam assignatur sinus, quae verosimiliter a S. Menna Lotharingica diversa sit, et forte eadem ac illa, quae in supradictis Litaniis memoratur.

B flornuit forte
seculo IV.

14 Quae de incertis S. Mennae natalibus modo dicta sunt, incertam pariter reddunt illius aetatem : vixisse tamen sub finem seculi IV, concord est et constantior plerorumque assertio. Calmetus enim nihil moror, qui eam ad finem seculi V distulit; etenim ea solum de causa id fecit, quod S. Mennam Sigmaro salam esse, suspicetus fuerit. Ceterorum vero plerique, ut eam SS. Eliphii et Eucharii, quos circa Juliani apostata tempora passos credunt, sororem rati sunt, ita et illam eadem fere aetate floruisse, tradiderunt. Dempsterius anno 561, circa annum 580 Arturus et Laius obiisse, scribunt; sed vacillat eorum fides; unde enim exploratum perspectumque habere potuerunt, quod monumenta antiqua tacuisse, in superioribus vidimus? Rapinius in Annalibus Catalaunensibus S. Memmio, quem a S. Petro in Gallias missum putat, S. Mennam facit aequalem; quapropter a Solario in Commentario ad Vitam S. Memmio tom. II Augusti merito vapulat. In eadem, qua Rapinius, de misso seculo I in Gallias S. Memmio, opinione Ruyrius fuit; cunque S. Mennam Juliani aetate floruisse, existimaret, manuscripta Portus suavis, in quibus illa a S. Memmio ad virtutem pietatemque Christianam instituta dicebatur, hac ex parte corrigenda monuit, et episcopi nomen, cuius magisterium usus fuisse fertur, caute suppressil. At quoniam ad S. Mennae institutionem delapsus noster est sermo, ut tum de hac, tum de reliquo, quae ad S. Mennam pertinent, deinceps agamus, rerum serie admonemur.

§ II. S. Mennae gesta et cultus.

Ab ineunte
aetate pietatis
innutrita,

Quandoquidem de S. Mennae natalibus jam actum, reliquum Actorum ejus, seu potius Fragmentum nostri textum seriemque brevi sermone percurram, vel ob id maxime, quod pauca deinceps occurrent, quae commentatore indigent. Primum itaque, si fidem Actorum auctoritatemque sequimur, futuram Puelle sanctitatem, animique pulchritudinem cum præstans corporis forma, tum indolis præclaræ igniculi jam prænuntiabant, cum ad Catalaunensem episcopum a parentibus missa est, Christianæ fidei rudimentis imbunda et communis noxae piaculari fonte expianda : verum ad quem? Ad S. Alpinum (vixit ille circa annum 461, probante Stillingo in Commentario ad ejus Acta ad diem 7 Septembri) ut quidem Calmetus credidit, sed falsa, ut dixi non semel, opinione deceptus. Dispicuit Ruyrio S. Memmios, quem tamen Fragmentum nostrum, uti et Portus suavis manuscripta, ipsomet Ruyrio teste, signarunt : nec mirum : sanctum enim Memmio saeculo I, sanctam vero Mennam IV vivisse, putabat; atque ita non co-

hærebant temporum notæ. Verum si Catalaunensis episcopatus exordium ad finem seculi III cum Gallia Christianæ aucta editoribus et Stillingo proxime citato referas, ac S. Memmio seu Mangio annos 80 episcopatus Actorum ejus auctorem, aliquo secutus, tribus, Juliani persecutionem vidiisse is potuit, qua debachante in Gallis, S. Menna seu Menna domo paterna, fratrum, sororumque suarum exemplo, egressa, solitudinem petuisse dicitur; potuitque similius illa sancti præsulis curæ industriaque committi, imo et ab illo nomen suum invenire, a quo non solum sacris undis lustratum, sed etiam e sacro fonte suscepitam fuisse. Fragmentum nostrum et Ruyrius refert: cujus rei exempla nonnulla tomo I Octobris in Commentario previous ad Acta S. Remigii num. 124 et 125 proficerunt. Quod si diuturnum adeo ecclesie Catalaunensis regimen, putes, S. Memmio non posse concedi, haud magnopere quidem repugnabo; at ea ratione nihil solidi reliquum fiet, unde definias, quis e S. Memmii successoribus S. Meunæ curam institutionemque suscepit.

16 Quid porro Acta memorent. Videamus. Fidei et adultior Christianæ elementis imbutam S. Mennam, et sacris facta, undis purgata Catalaunensis præsul (quisquis ille fuerit) parentibus remisit; at ea lege, ut, evoluto quinquennio, reverteretur. Bona igitur parentum venia dicto tempore ad magistrum illa rediit, ut jam aetate maturior, ita et uberioribus celestis doctrinae rivulis irriganda: ne autem sanctioris vita preceptis quotidianæ pietatis exempla deessent, puellarum diu noctu Christo famulantium monasterio Filiolam præsul consignari, ut quidem ait anonymous: qua in re, verco, ne a vero forte discesserit: dum enim S. Mennam, sublatis e vivis circa Juliani tempore ejus parentibus, jam nubilem facit, haud multo serius, quam circa medium seculum IV natam esse, oportet. Quod si tum temporis virginum monasterium Catalauni extiterit, potuit id cum antiquioribus Gallie monasteriis, quæ illuc seculo IV primum exortata sunt, de vetustate contendere: nec tamen illius memini Thómassinus de vetere et nova Ecclesiæ Disciplina part. I lib. III cap. 12; non Antonius Datinus Altesera lib. I cap. 4; non Hippolytus Helyot in Dissertazione previous ad Origine et Antiquitate vita monastice § 9; non Mabillonius tom. I Annalium Benedictinorum pag. 6 et 10; quibus locis de prima monasteriorum in Galliis origine et propagatione singuli disserunt. Ut sit, potuit virginibus aliquot, quarum virtutem Catalaunensis episcopus perspectam habebat, S. Mennæ institutio curaque committi, earumque domicilium, licet forte privatum, ab anonymo nostro monasterium, etsi minus apte, nuncupari.

F 17 Altera hæc apud Catalaunenses S. Mennæ suscepit velo
commoratio per alterum quoque quinquennium tenuit;
sacro,
quo exacto, ad paternos lares regressa est: ubi haud
multo post, quam altas interim egisset in virtute ra-
dices, declaravit. Nuptias enim, quas illi pater injun-
xerat, animo constanti rejecit, non voluntatis contu-
macia, sed castimonia et celestis Sponsi amore.
Cunque perficiens præstito die nuptiis non
exoratus pater instaret, fuga sibi consulere Filiam
compluit: paucis itaque comitata Catalaunensem
episcopum clam patre adiit, ut pudorem virgineum,
quo doctore didicerat, eodem defensore integrum in-
taminatumque servaret. Ut in conspectum episcopi
adpissa est, tacuit illa primum, quod conceperat
animo, propositum: at postriū coram concessu
publico sacrum velum, quod secum tulerat, obtulit,
et ut illo tegeretur, vehementer expetiit; facileque
voti compos effecta fuisse, nisi promptum præsul
animus patris et sponsi metus retardasset: sed quod
facere verebatur episcopus, manus perficit angelica.
Hinc, opinor, Arturus et Gonusa S. Mennæ mona-
chæ nomen adjicunt: at nomen monachi vel monachæ
dupliciter accipi potest: Primo, ut significet, id,
quod ipsum nomen importat, inquit Papebrochius
tom. III Maji pag. 295, ut intelligatur Monachæ
esse, vita mundano strepitu rerumque tempora-
lium cura reductæ sectator, hujusmodi vita pro-
positum

AUCTORE
J. R.

positum seu votum externa aliqua habitationis, victus, vestitusque a vulgari mundoque discrepantis, singularitate professus. Secundo MONACHUS dicitur, et nunc fere solum intelligitur is, qui cum externarum abdicatione rerum propriarum etiam voluntatis arbitrium abdicavit, ut fiat membrum aliquius religiosi cœtus, sub obedientia viventis, cum obligationis perpetua vinculo, quantum ex sua quidem est parte, insolubili. *Priori quidem modo* S. Mennam monacham fuisse, facile dedero, posteriori non item.

*solitariam
vitam auspi-
catur,*

18 Ceterum tanti prodigii ea vis fructusque fuit, ut non modo paterni duritiem animi flexerit, sed lubens etiam concederet pater. *Filix locum, in quo arbitratu suo sibi Sponsaque celesti vacare;* neque enim audiendi videntur it, qui ab ratio patre ob invictum castitatis propositorum interemptam volunt, quos inter, gladio percussam, Dempsterus scribit; quae eorum assertio neque Bactri, hominis Christiani, pietati congruit, neque ullo, ut in *Actis S. Eliphii videre est*, antiquitatis testimonio confirmatur, nec denique apud autores numero auctoritate potiores inveniuntur. *Difficultatem patitur, quod sequitur:* Ea tempestate, inquit *Fragmentum nostrum*, idemque apud *Ruyrum legitur*, patre in bona senectute defuncto, matre quoque, ut superius dictum est, bacchante persecutione tempestate, ceteris discedentibus germanis, ipsa quoque a domo paterna exivit. *Quo enim tempore, quove auctore persecutio-* nem illam exortare esse, dicimus? Num agente in Galliis Juliano? Id quidem S. Eliphii Acta testantur; sed minus credibile nonnullus appareat: quippe Julianum quidem anno 560 et initio sequentis in hisce Occidentis partibus versatum esse, concedunt, sed nullam volunt Christianis exhibuisse molestiam, qui Christianæ fidei cultor etiam tum calida simulatione videri solebat, ut lib. xxi *Historiarum suarum his verbis Ammianus refert:* Utque omnes, nullo impediente, ad sui favorem illiceret, adhaerere cultui Christiano fingebat, a quo jam pridem occulte desiverat, arcanorum participibus paucis, haruspincia auguriisque intentus, et ceteris, quæ deorum semper fecere cultores. Et ut hac interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes mense Januario Christiani Epiphania dicitant, progressus in eorum ecclesiam solemniter Numine orato, discessit. *Moverunt ista Baronum ad annum 562, ut sub Salustio Galliarum prefecto, Juliano carissimo, nominaque ob id Christiano infensissimo S. Eliphio martyrum contigisse, diceret.*

19 Accedit, Juliani exercitum, quem sibi devinire, quoquo modo posset, satagebat, et Christianis militibus, teste Zonara, maximam partem coauisit, atque adeo ere ejus fuisse, ut Christianorum sanguini vel invitus parceret. Juliani in Galliis persecutionem non adeo quidem violentam aliae apertam fuisse, ac S. Eliphii Acta insinuant (neque enim eu quantum ad singula probo) facile credo: at nullum omnino fuisse, non item. Adeone constanter animi moderationem exigitamque, cuius laudem affectabat, Julianus coluit, ut nullum toto eo tempore, quo in Galliis egit, latentis oculi indicium prodiderit, homo inconstante levitatisque perpetua? Aut adeone hebeti fuit ingenio, simpliciique, ut, præter fidem, quod causaretur, si quando Catholicum persequi vellet, inventiendo non esset? Quid? quod illi, ut Eliphio violentas manus injiceret, peculiarius titulus non defuerit? Eodem enim Zonara teste, Malitiam suam occultans, unumquemque pro arbitrio suo cultum sequi, quem vellet, præcepit. Eliphium autem traductorum ad fidem Catholicam gentilium, confractorumque idolorum pagani non solum milites, sed et duces, ut Acta referunt, accusarunt, quorum æque ac Christianorum opera, auxilioque indigebat: capitatis igitur Eliphium damnare Julianus potuit, non quidem quasi fidei causa, sed veluti violati precepti reum, vitandiæ seditionis specie. Quid? quod non desint, qui in ipsis Galliis Julianum palam Christianis ritibus valedixisse, velint? Evidem S. Hieronymus sui temporis regum calamitates describens in

Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum de Juliano hæc D habet: Julianus proditor animæ suæ et Christiani jugulator exercitus Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat; *nimirum palam et publice, non clanculum et privatim:* hoc enim jam ab annis duodecim fecerat, ut ipsem scrispsit ad Alexandrinos, cum nuper ad occupandum imperium e Galliis excessisset, cuius in Galliis commemorationem sexennium non excessit.

20 Zosimus quoque refert, Julianum, cum (anno 560) Parisiis ab exercitu Augustus salutatus esset, quo Julianus apostola rem ad Constantium perscripsisset; Constantium autem, datus ad Julianum litteris, non modo irrita habuisse, quæ facta essent, sed et illum ad se evocasse; itisque acceptis, palam animi sui de Numine sententiam ostendisse Julianum et coram omnibus dixisse, potius se diis, quam Constantii verbis, sequente vitam suam permisurum. Denique Julianus ipsa in epistola ad S. P. Q. Atheniensem, in vivis adhuc agente Constantio, scripta, suam a fide Catholica defensionem aperte proficitur, ut hac in re minime audiendis videatur Ammianus, dum lib. xxii cap. 3 ait, Julianum tum primum pectoris sui arcana patefecisse, cum mortuo Constantio, solus universo poteretur imperio. Utul sit, Julianus Viennæ agens, inveniente anno 561, teste Ammiano lib. xxi cap. 1, dubius hærebatur etiamnum, aliceretur ad concordiam Constantium, an aperto marte aggrediretur: esto igitur, etiam tum Christianum sese finisse Julianum, nec Christianos haec tenus persecutum: quid vetat asserere, eum aliquanto post et descripsi palam a fide, et Christianos persequendi initium fuisse, cumque inter ceteros infensum sibi expertum esse S. Eliphium, cum ille anno 561 postrem in barbaros expeditionem moritur, Viennæ profectus, ac forte Solinariaea (erat enim e militariibus stationibus una) Grandensi oppido vicina, transiens Rhenum cum exercitu adit Alamanorum confines Retiæ tractus, populantibus excursiones repressurus?

21 Sane Julianus, ut Ammianus refert lib. xvi versatur cap. 2, anno 536 Vienna digressus per Decem Pagos (alterum Lotharingiæ oppidum vulgo Dieuze dictum) transiens Alamanos ad citeriores Rheni ripas adortus dissiparit: adeo ut et anno 561 Rauracos, versus territorium Basileense ad Rheni ripam sitos, Vienna adiens Leucorum fines facile peragrare potuerit. At, inquit, Julianus postrema in Alamanno jam erat expeditione perfunctus, atque in procinctu, ut Illyricum petere, cum Christianorum milium metu Bellonam non publica, sed ritu secreto placavit, ut lib. xxi cap. 3 idem habet Ammianus: illius igitur a fide defectio etiam tum plerosque latebat. Fator, hæc itis, quæ in superioribus diximus, adversari: verum Ammianus ea in re auctoritatibus mihi dubium reddit causa non una: primum quidem, quod Ammianus hisce rebus non interfuerit: jam enim ante una cum Ursicino magistro equitum e Galliis in Orientem evocatus fuerat, ut lib. xvi cap. 10 videare est. Deinde, quod citius Juliani defectio palam intonuerit, ac Ammianus scribit, quod numero superior ostensum est. Denique, quod eo ipso die, quo in Illyricum cum exercitu, quem multa arte jam pridem circumvenerat, iter arripiuit, publice diis litasse videatur. Audi ipsummet Julianum ad S. P. Q. Atheniensem ita scribentem: Tum quoniam sacræ pro exitu celebratis eo die perlitavi, quo de nostra huic profectione eram allocuturus; non solum pro mea salute; verum etiam pro utilitate reipublicæ, et communis omnium libertate, ac presertim Gallicanæ gentis etc. Sub initium autem epistole ista premiserat: Quapropter nemo me nugari, et inepte loquacem esse judicet; quod ea, quæ non olim dumtaxat, sed et nuperim in omnium oculis gesta sunt, oratione complectar. Sed ad S. Mennam, unde digressi sumus, revertamur.

22 Itaque, ut e dubiis atque perplexis aliiquid, miracul quod saltem probable videatur, dicamus, sub Juliano cœsare, vel potius augusto S. Menna, relicitis paternis ædibus, unica comitante ancilla, sese commisit

A misit itineri, itura, quo se cumque Dei spiritus ducebat: nec vero prodigiis id itineris caruit: properant enim flumen quoddam immanni lutosoq[ue] gurgite marum objecti. Hesit[us] Virgo: non nauia, non navigium aderat transiturz: at illa præsens sibi fore celeste auxilium, rata, flumen ingreditur; dum pedem promovet, cedit lutum, prodit arena; evanescit gurges, vadumque sicco pede transgreditur. Ut vero alteram fluminis ripam attigit, infuso terra baculo, fontem elicit, perpetuum non itinerantibus modo, sed fabricantibus etiam refrigerium. Ita quidem hunc fontem Fragmenti auctor describit, ut illum probe novisse videatur; at sane dolendum est nihil ipsum dixisse eorum, unde fontis situs erat. Ut vero dictis suis fidem faciat, vadum illud, etiam sua memoria, S. Mennas vadum appellatum, scribit; in quo quidem fidem meretur, nisi fuerit insigniter mendax, vel recentiorum temporum fabulator aliquis ista confinxerit. Calmetus S. Mennæ vadum et fontem ait, frustra a se esse quæsita tum Solimariaca, tum viciniis in locis: sed alibi forte isthac erant investiganda; nusquam enim fluminis nomen, apud quod ista contigisse dicuntur, expressum legi. Ceterum S. Manna ad radices montis Vosagi seu Vogesi inde progressa substituit in loco, cui Fontaneto nomen est; ibique reliquum vitæ cursum (incertum, qua morte) conficit. Fontenoy-le-châtel, a vario hujus nominis locis, vel ad illud sono significacione proxime accedentibus et passim tum in Lotharingia, tum alibi non raro occurribus seceretur, Castellanum sermone vernacula nuncupavit. Unus a ceteris discrepat Fragmenti auctor, qui, S. Mennam Pusinellis condidisse, ait; qui locus idem est (si recte coniectio) qui pagus Gallicus dictus Pusieus, haud procul Portu suavi dissipatus; unde Fragmentum Vita S. Mennæ ad nos transmissum est. Ruyrius vero, qui MSS. Portus suavis est usus, Fontaneto S. Mennæ sedem affixit. Nihil dico de miraculis, que, cum adhuc in vivis esset, ut par est credere, inquit Fragmenti auctor, edidit; quorū posteritati memoriam evoluta interim temporum series et scriptorum substraxit inopia.

B 95 Contra virtutum ejus sanctitatisque famam altius hominum animis insedisse, testis locuples est cultus sacer, quem per Lotharingiam jam olim habuit, habetque etiamnum. Festum ejus antiquum Tullensis ecclesie Breviarium, ut et aliud anno 1353 die 5 Octobris collocat. Ecclesia vero Fontanetana, in qua defunctus corpus primum fuit humatum, S. Mennas tutele patrocinioque commissa fuit, camque ut patronam veneratur etiamnunc, testo Calmeto. Cum vero S. Mennæ ex vias Fontaneto ad Portum suavem Bruno Tullensis episcopum, qui ad summum Pontificatum electus, Leonis IX nomen assumpsit, transtulit, ejusque nomine, ut num. 41 ostensum est, ecclesiam ex exil, dicaritque, ingens cultui ejus accessio facta est. Contigit ei translatio die 15 Maii anno 1016 secundum Laihervi in Menologio SS. Virginum et Arturum in Gynæco sacro, ut apud nos ad diem 13 Maii legitur; ut et secundum Rapinius et Rinaldus; citantque hi omnes Ruyrium: verum in altera Ruyriani Operis editione, que anno 1654 Spinalti in Lotharingia prodit, non annum 1016, sed annum 1056 lego. Usi fuerunt verisimiliter illius editione prima anni 1625: sed illam propter multiplices errores typographicos auctor ipse suppressit, ut in Catalogo Scriptorum Lotharingicorum Calmetus scribit. Neque immorito in posteriori editione anno 1016 annus 1056 substitutus est: etenim Hermannus Tullensis episcopus, qui Brunonem proxime præcessit, anno 1026 in viis numerari desit, eodemque Bruno electus est, ut in Historia episcoporum Tullensis Adsonis continuator Brunoni aequalis vel suppar habeat in ejusdem Brunonis seu S. Leonis IX Vita. En verba: Anno igitur vigesimo sexto attatis sue (Bruno) et ab Incarnato Dei Verbo millesimo vigesimo sexto occurrente anno, sede vacante per mortem Hermanni bona memoriae, communī voluntate, parique cleri ac plebis consensu in hac sede praefectus est episcopus.

Octobris Tomus II.

24 Sita est ea ecclesia haud procul Mirecurtio, adjunctumque sibi primum habuit sacrum virginiū coenobium; cuius primum lapidem Hermannum ejecisse, Ruyrius ait: legerat is S. Leonis Vilam (illam habes apud Mabillonum in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini tom. VI part. 2) a Wiberto ex quali conscriptam, cuius lib. 1 cap. 45 ista leguntur: Quis et in Portus suavis coenobio a suo PALEDECESSORE, ex pontificalibus stipendiis inchoato, sed a se studiose labore edificis et sumptibus ad unguem adornato, devotam sanctimonialium constituti congregatiōnem, atque nobilis generis viteque laudabilis quamdam, nomine Berrennam, ipsi cœtui matrem ordinavit: legerat h[oc], inquam, Ruyrius, indeque, ni fallor, offici creditiū, id operæ prestissime Hermannum; quod tamen Bertholdo, quem proxime excepit Hermannus, Pontifex ipse num. 41 citatus discrete ulseribit. Porro sacras hic virginē anno 1045 a Leone institutas fuisse, in Historia Mediani monasterii scribit Joannes de Bayon, notante Mabillonio citato jam proxime. Consonat Joannes Herculanus cap. 19; sic scribit: Bruno vocabatur ante Pontificatum (S. Leo) et cum esset Tullensis episcopus, circa annum ab orbe redempto millesimum quadragesimum tertium coenobium Portus suavis a suo praedecessore Hermanno inchoatum absolvit et vestalibus inhabitantum concessit. Cœnobium id Ordinis Benedictini principio fuit, at a tribus circiter sexulis conversum est in collegium seu abbatiam nobilium canonistarum secularium, que S. Mennam patronam habent, ejusque festum celebrant cum Octava. Patet igitur S. Mennæ cultus, sed et Lachierii lapsus, cum id canonistarum collegium fuisse ab ipsa S. Menna conditum scribit, et totius forte Gallie vetustissimum.

C 25 Alterum S. Mennæ nostræ cultus, et quidem colitur ut perantiqui argumentum Litanie Anglicanæ, de quibus num. 15 actum est, suggerent, modo memoriam ibi S. Mennam eamdem ac nostram esse, constaret: verum id ratio nulla evincit; ino oppositum potius suadet, quod nulla in iis S. Eliphii mentio fiat, nulla S. Eucharii, nulla denique ceterarum virginium, que passim S. Mennæ sorores habentur. Præterea S. Mennæ ejusdem reliquias in basilica abbaticæ S. Vincentii supra altare majus in urbe Metensi asservari, ex Ruinartii litterario in Alsatianam Lotharingiam itinere intelligo: ast alia rursus videtur a Nostra, et e S. Ursula sociabus una: sic enim habet thecas inscriptio: Anno Domini MCLX positiæ sunt in hoc scrinio haec reliquiae pars capituli et capilli... S. Ursulae maxilla cum dentibus, S. Pantulæ reliquias S. Virgine et aliarum Coloniensium, Luciae, Waldradæ, Mennæ, Felicitatis. Hisce, que de S. Mennæ cultu ecclesiastico adjiciam, non habeo, nisi Officium, que per Octavam in Portu suavi ejus festum colitur, proprium esse, secundum Ruyrium. Non possum tamen non mirari Tillenmontum, dum de Juliani persecutione agens ait, S. Libariz et S. Mennæ loca sepulcrorum ab Actorum S. Eliphii auctore assignari æque parum cognita, ac sint ipse Martyres. Ubi igitur eas tumulum nactus scribit? illam apud civitatem nomine Grandem, hanc in Porces seu Portu suavi. Certe Grandensis oppidi, ubi dicatum sibi habet S. Libaria templum (Calmetus consule tom. I Historia Lotharingicæ pag. 202) in Odornensi pago insignia rudera hodieque conspicua sunt: de Portu autem suavi nihil opus est loqui.

D 26 Quamquam autem vetustioribus martyrologis Recentiorum S. Mennæ incognita fuerit, non fuit tamen adeo obscuri nominis, ut latuerit Grevenum, ut Ferrarium, Saussayum, Arturum, Castellanum, aliosque recentiores non paucos. Grevenus ad diem 27 Novembris sic scribit: In Francia, Mennæ virginis. Ad diem 5 Octobris in Catalogo Sanctorum Generali Ferrarius: In territorio Tullensi, S. Mennæ virginis. In Supplémento Saussayus: In Tullensi territorio ecclesia de Portu suavi (qua titulo et tutela sancti Nicolai est tota Gallia et Germania celebris) natalis S. Mennæ virginis gloriose. Arturus in Gynæco sacro: Apud oppidum S. Nicolai de Portu, in Lotharingia,

19

AUCTORE
J. B.

tharingia, dioecesis Tullensis, veneratio S. Mennæ, virginis eximiae fidei, ac religionis; quæ, excusa mortis sarcina, evolavit ad gloriam. *Idem ad diem 13 Maii: Apud Portum suavem, Tullensis dioecesis, translatio S. Mennæ virginis et martyris. Portum suavem, cuius ecclesia Virgini Matri et S. Mennæ dicata est, cum oppido S. Nicolai ad Murtam fluvium altero circiter a Nancio milliari sito, et Portus olim appellato, eoque devotionis ergo peregrinantium frequentia nobili, nominum similitudine falsi Sausayus Arturusque confusionevidentur. Castellanus in Martyrologio Universali: Fontaneti (Fontenoy-le-Châtel) ad radicem montium Vosagi in Lotharingia, sancta Manna virgo; cuius corpus in ecclesia canonarum Portus suavis (Poussay) prope Mirecourtum honoratur.*

*de S. Menna
elegia.*

27 Hisce denique adjicio, quod parte altera *Lili Gallia sanctæ cap. 3 Virgini nostræ texuit Rinaldus elegium: In Campaniam etiam nostram e caelo cecidit Manna, a Judaico discrepans epulo, quod illud ros praecessit, illam est secutus, quo ab episcopo Catalaunensi aspersa, omni caruit macula. Sed in eo conveniens, quod suavis et mira fuit, et Manhu de illa dici debuit. Primo enim genere mira fuit, que fratres duos Elophium et Eucharium martyres, et sorores quatuor sanctitate illustres habuit, B quibus septima non decessit, germanior animo, quam sanguine. Nam spretis, quibus parabatur, nuptiis, præstanti forma puella, ad Catalaunensem accessit episcopum, sacris tum operantem, ut, quam deperibant procii formam, eo absconderet, quod offerebat, velo. Sed abnuente antistite, ne Dactium ejus laderet parentem, tanto audienter, quanto mortali superior, angelus fecit, qui sublatum in auras velum, summo et æterno Pontifici benedicendum obtulit, et Mannæ capiti, spectantibus omnibus, sensim delapsum imposuit. Paucis post haec diebus, prædives et nobilis adfuit procus, cui ad matrimonium ineundum a Mannæ parentibus dictus fuerat dies, sed Sabbathum, fuit, Manna legi non potuit. Ex eo enim tempore Mannæ perpetuum fuit Sabbathum, quo divinum coluit Numen, et a nemine legi potuit, una excepta morte; a qua in urna (quam Gomor potuit dicere) fuit recondita, anno circiter CCCXXX. Si jam dudum ad Portum suavem, celestem et terrestrem, navem suam apulit, et in utroque, hinc animo, hinc corpore quiescit, bene usa est velo, et Mannæ congruum adepta est locus, cum Portum tenuit suavem.*

VITA ACEPHALA

C Auctore anonymo.

Ex Ms. Puteolensi.

*S. Menna ex
septem*

a

b

c

** supple qui
septem*

d

** supple
mentionem
facere, aut
quid simile*

Inter quas effusit beata virgo Menna *a*, quæ omnium bonorum digna præconio, velut lucerna in obscuro loco, sic Sanctensi resplenduit pago *b*: cuius quia describere miranda Acta pro posse, propitiante Deo, disponimus, locum nativitatis ipsius necesse est, ut non segniter prætereamus. Pagus igitur Solecensis *c* locus exstitit felicis ejus natalis, adjacens confinio territorii Sanctensis provincie, Mosam fluvium habens pro limite. Mater vero tam præclarí germinis vocata est Lieutaudis: quorum alter genitor, in loco nominis ipsius, videlicet Bactii, * dicitur MANSUS. Genitrix denique mausoleum habet in oratorio S. Petri Apostolorum principis, in villa inclita, cui nomen Mons-Romarici *d*. Hi itaque in confinio Solecisci territorii vico, qui prius appellatus MANSIONS, inclytum tunc temporis habuere fundum et satis egregie habitacionis domicilium. Sed quia, ut scriptum est, omnia opera occidunt et aucta senescunt, qui tunc erat opulentus et insignis, nunc factus est locus quasi ad nihilum. Horum itaque specialium parentum * non parum opera pretium habetur, si non ad anteriora sanctæ Prolis gesta festinarem. Num quidnam ma-

xima laude non sunt digni, quibus dispositio divinæ clementiæ talēm concedere dignata est gratiam partiendi? Profecto gratia Spiritus septiformis diffusa est in eis, dum idem specialis numerus in eorum partu est sanctificatus.

2 Septem enimvero proles sexus utriusque genuerunt, quæ, superna operante clementia, de virtute in virtutem per bona opera insignia scandentes, ad clara cœli palatia concenterunt. Si quis autem scrupulosus eorum nomina nosse desiderat, ita absque ambiguitate teneat. Fuerunt ex ipsis sexus masculini S. Eliphius, S. Eucharius; sexus vero feminini S. Guntrudis, S. Susanna, S. Libaria, S. Oda, et ipsa, de qua loquimur, sancta virgo Menna *e*. Horum primus (ut aiunt) B. Eucharius igne tribulationis examinatus, sicutque perbeatus per martyrii palmarum roseam adipisci meruit coronam. Cujus germanus frater, agonis suppar effectus, martyrum supernum se adeptum gaudet conventum: uterque autem in episcopio Tullensi propriis templis et titulis insignitus, liquido patet querentibus *f*. Dei autem famulae sorores eorum uno ardore atque eodem superna patriæ desiderio successæ, post hujus calamitosæ vite tribulationes et aerumnas, quas pro Christo pertulerunt, cum multiplici bonorum actuum fructu, consummato fructu * certaminis, ad bravum pervenerunt, atque supradicto episcopio tres earum in Campania, Francie regione, beato fine quieverunt *g*. O vere beati parentes, qui educaverunt tales! et vere felix regio, cui a talibus patrocinio conferuntur. Et profecto quorum cur ab invicem talis dissidii disparatio contigerit, sequens narratio manifestabit. Verum quia a tramite arreptæ expositionis in laudem tamen ipsius gloriose nativitatis aliquantum digressi sumus, restat, ut jam nunc a diverticulo compendium repetamus: tamen parum quiddam est retrogradandum, ut, quemadmodum a cunis educata sit, notitiae intimetur fidelium.

5 Felix igitur Menna maternis visceribus, naturæ Auctore opificante, profusa jam ipsa corporalis speciei gratia ostendebat, qualis postmodum formositas ipsius animæ futura erat. Quam laudabilis pater, ut erat prosapia et ditionis regis, Calataunie civitatis episcopo sanctissimo Memmio direxit, quatenus cam ipse mystico regenerationis fonte ablueret atque ex eodem lavacro almifluis manibus ipse vellet suspicere *h*. Quod sanctus pontifex concite executus est, et valde gavisus regii sanguinis Puoliolam creare sibi satagi filiolam. Intuitus vero in eam, divino Spiritu, ut erat mira contemplationis, præsagam futurae sanctitatis indolem diligenter adultum imperat sibi referri post quinque annorum revolutionem. Parentes igitur non secus, ac jussi sunt, faciunt, et sanctissimo patrono dilectum pignus retransmittunt, obsecrantes amicabiliter, ut prona Puellula industria bonarum artium imbuatur affluentia. Qui oppido gaudens, in monasterio puellarum Christo diu nocteque famulantur *i* Filiolam tradidit, ut per aliud lustrum sub ferulis litterariorum disciplina et castimonia puritate nutritur. Suscepit Dei famulae dilexerunt unice, et prout talis patiebatur artas, aluerunt sincere, imbuentes eam sacris litterarum studiis et divina lege, non mediocriter, sed perfecte: quia in brevi temporis spatio ad tantam scientiam et sanctitatem evecta est perfectionem, ut ceteræ eam pro insita dulcedine, charitatis affectu sincere sicut germandam diligenter sororem. Nulla namque discendi mors est, ubi Spiritus doctor adest: cor enim, quod resplenderit, inflamat.

4 Transactio denique lustri curriculo in tali sanctorum studiorum luctamine et palestra, cooperunt parentes, ut natura fert, tenere eam diligentes, de Filia suspirare, propriamque repetere, neo * pontifex aliquam potuit obtendere piam super Filiolæ retentione strophan aut cavillationem: quia nimis rum hoc prohibebat ingenuæ parentekæ sublimitas, paternique fastus imperiosa nocendi facultas. Nullo annisu, nulloque conamine valens eam retinere, tandem

*sancitis Bactii
et Lientrudis
prolibus una.*

** forte cursu
E*

g

*ab episcopo
Catalaunensi*

h

i

*ad virtutem
eruditia*

** deest vox,
quaæ vix legi
potuit; forte
Agius, id est,
sanctus.*

AUCTORE
ANONYMO.

l

A tandem commissam remisit honorifice, adulam singulariter in sacris litteris et animae puritate : multisque deprecans obtestatus est, quatenus in bonis, qua didicerat, si copia peragendi suppetret, permanere vellet. Hujusmodi informata monitis, maternis redditia est cubilibus atque tricliniis. Quod autem intra monasterii didicerat claustra, in paterna, prout valebat, exercebat aula. Omnes denique, qui ejus cernebant incessum et actum, ad venerationem ipsius excitabantur et affectum. Forma erat valde speciosa, sed speciosior fidei devotione, honorumque actuum incessibili jugitate : et aequum erat diligi a cunctis, quam compaserat ornamenta justitiae insignis. Menna a multis nobilium circumquaque expetitur, ut ipsius, ad suscipiendam chara posteritatis sobolem, in matrimonio copulentur. Praebent assensum propere parentes, sponso Filiam jungere cupientes : denique hoc tale pactum firmare plane deliberaverunt, animum Virginis sub tali negotio pertentare voluerunt.

terrenas nuptias spenit.

3 Itaque ad notitiam Virginis pervenitur, qua continuo tale conventum recusat, seque nullum sua castitatem violatorem omnino suscire posse, affirmat : Solum, inquit, Agnum desidero sponsum, cuius solummodo vox virginitatis resonat hymnum :

B cuius lenis et suavis modularum mortuorum est vivificatio, paradisicolarum dulcis jubilatio : quem nulla personare praevalet corruptio, hunc talem toto cordi affectu concupisco : mortalem autem nullum requiro, terrena ornamenta sperno, ut quisquilius facultates, ut immunditas; praedia, ut sterquilinia; quia pretiosae margarita speciositas viget in mente mea. Fænum pater consilium despicit, quod sibi in animo fixum est, implere contendit, nuptiarum dies statuimus, copula nobilium affluenter ornatusque et copia praeparantur. Interim sacra Virgo intra cordis arcana Christum suppliciter orans invocat, ipsique figillum sue virginitatis commendans, profosis uberrime lacrymis, qualiter evadere corruptionis hoc inevitabile vinculum queat, obscurare non cessat. Christus interea dilectae Famulae sue pium spectans agonem solitam procurat consolationem, et quia sibi delegerat sponsum suum, cuius prestolabatur adjutorium, benignum sibi infudit consilium. Obstinata itaque animi pia fuge furtum arripuit, atque ad S. Memmum suorum morum informatoriem, paucis comitata consecratelibus famulis, ire contentit : perveniensque ad sanctum patronum, qui tum forte publicum conciverat concilium, excepta est ab eo sublimiter, tractata decenter : allocuta dissimulat negotium, et cujus rei gratia venerat, in presenti edicare non audet, sed in' crastinum differre coacta.

et sacro velo innuitur.
**supplendum forte ferens*

C 6 Sequenti die sacramendum velamen *, quod ipsa sibi preparaverat in manica, sedenti episcopo in pontificali throno coram omni consesso accessit, suggesterente sancto Spiritu (ut Salvator ait, Dum steteritis ante potestatem, nolite cogitare etc. k) coram omnibus ab ipso summo sacerdote, quia se fonte sacri baptismatis abluit, sanctisque manibus idem ipse ex ipso suscepit, dotarium filiationis pinguis instanter poscere copit. Mor admiratur omnis conventus, ipseque episcopus : quid sibi ejusmodi oratio velit, explorant. At illa, Nostri, inquit, domine mi, quod per tuam dignationem ad notitiam perveni aeterna vita : cordis autem mei intentionem genitor meus festinat commutare, terrenis me negotiis cupiens implicare et collugalibus vinculis irretire. Hujusmodi vero affectibus animus meus omnino est aversus. Hujusmodi rei gratia taliter veni reclamatura, pro certo habens, quia, si specialis tua industria velit, his calamitatibus eripere me possit. Quapropter obnoxie deprecior tuam benignitatem, ut, quia jam in me boni operis fundamenta jecisti, ad finem usque perducas, et tegendo caput meum Agni Jesu Christi velamine, perpetuae despensionis irrevocabiliter in sanctae conversationis iter dirigas. Haec effata, velum de manica ex-

traxit l, genibusque provoluta uberrime lacrymas profundens, ut se quantocuyus consecraret, flebili supplicatione sedulo orare coepit. Dum e contra beatus presul, licet invitus, utpote hujusmodi amarum salvandarum semper cupidus, valde recusare niteretur, dicens, se timere paterni fastus ferocitatem et parentelæ generositatem, et, cui despontasa erat, sponsi ferocitatem, atque ob id hoc peragendi nullam invenire rationem. (Mira dicturus sum) velum, quod expansis manibus tenebat, angelico ministerio coram omnibus sublatum veriti ejus comiter est aptatum. Præsentes, qui adfueru, talis cernentes, immensis omnipotenti Deo gratias retulerunt, qui in rudimentis Famula tantam perfectionem dignatus est ostendere. Non est igitur mirum, si ordinata est a supernis ordinibus, que tantis in mundo debebat coruscare virtutibus. Fama continuo virtutum pennis elata ad paternas aures pervolat, quid prodigi circa Filiam actum sit, denuntiat : qui post aliquantum temporis, quo apud Sanctum morata est doctrine causa, competenti cum honore remissam gratiosa paterna pietatis affectione suscepit, atque deinceps in magna veneratione habens, quem antea invitus locum et facultatem Domino serviendo libere * nunc jam spontanea grata terque attribuit m.

E 7 Ea tempestate, patre in bona senectute defuncto, matre quoque, ut superius dictum est, debacchante persecutions tempestate n, ceteris discenditibus germanis, ipsa quoque a domo paterna, una tantum contenta famula, exivit, seque, quo Dei providentia duceret, ituram fore deliberauit. Dum vero iter faciens ad quendam fluvium venisset et per eum transire vellet, navem, qua transfretare posset, non ostendit, quidque inde agere vellet, omnino ignorans, in dubio hasit. Gurges autem ipse horrebat, omnemque transeundi spem et copiam prohibebat : nec, qui ibi transitum speraret, aliquis erat. Mox itaque, affluente Dei bonitate et adjutorio, qui de se præsumentes numquam destituit solatio, pendulo gressu gurgitis profunda cepit penetrare cum Crucis signo. O inusitatum miraculum et valde paucis concessum! protinus namque velut per arentem transviti alveum, assimilata beatæ illi cytharistriæ, Mariae videlicet sorori Aaron, quæ Israeliticum precedebat cuneum, dum per mare Rubrum transiret, manibus gestans cytharam et tympanum o. Pertransiens autem velut siccis pedibus vadum planum reddidit et scrupum : et qui antea præ nimio luto et aquæ altitudine vorago erat inextricabilis, post ipsius vestigia factus est arenosus et permeabilis. Ex hoc vero permaxime ratio nobis fidem facit, quod idem transitus ex tunc usque hodie F MENNE VADUM p nomen accepit, quod ipsa nomen ob memoriam concessisse gratia fama indidit, atque ut * ad laudem Dei tali vocabulo per generationes futuras nuncupari instituit. Ad cuius etiam vadi egressionem perpetui refrigerii monumentum fecit. Nam protinus egressa, quem sacris manibus gestabat, baculum solo infixit, statimque exinde fontem pellucidam ebullire dedit : quippe perpetuo manans itinerantibus satis refrigerii et comedant salubritatis confert, quia dulcis est gustu, et ad potandum suavis, et miseris debilibus et febre laborantibus sepe perhibetur perutilis.

8 Deinde inde progressa ipsa cum una tantum sua famula contendit ad locum (Domino, ut vere credimus, iter dirigente) qui dictus Pusinnellas q, ubi, cuncta disponente Dei clementia, ipsa destinavit, fore permansuram per secularia tempora. Ubi aliquem fidem nullo modo dubitare fas est, quin perfidi sua Cultrici Divinitatis potentia magna prodigiorum beneficia dignata sit praestare. Sed nimis virtutum copias, quas adhuc vivens in corpore gessit aliquando, patet * in quantum * videtur ab-
valuuit, occulere studuit. Volens eas cunctos latere, undare patet ne lucidem pura conscientias oleum adulantibus crederet, et ad adventum Sponsi illustrate lampadis lumine careret. Enimvero vivens magnis virtutum

*indeque ad caelestem
Sponsum properat,*

q

AUCTORE
ANONYMO.

virtutum signis enituit, quæ jam defuncta assidue glorioisa in miserorum calamitatibus elucescit: ut spero autem, sicut nunc ita assiduitate sua viluerunt, et quia tunc defuerunt scriptorum magna ingenia, ideo gestorum ejus habetur penuria. Exactis itaque in bonis operibus et sacris studiis pluribus annorum curriculis, moribus et annis matura cœlestia invitatur ad regna. Corporali igitur superveniente molestia, carneo solvitur loro Abrahe confoienda sinu placidissimo, cuius felix anima Dominum sitiens, supernis comitata cœtibus, virtutum pennis ætherea petiti regna r, in quibus regnat Christus perennis virginum sponsus et corona.

ANNOTATA.

a Quod hic desideratur Vitæ exordium, tantummodo continere, promissam Christi gratiam openque fideli nemini umquam defuisse, ex Ruyrio intellegitur.

b Leucorum is pagus est, Seqintensis vel Segontensis alias dictus: le Saintois Galli vocant. Situs est inter Calvomontensem et Tullensem pagos, ubi modo Vadaus-mons (Vaudemont) visitur.

c Idem locus est, qui Solimariaca: situm illius habes num. 4 Commentarii prævi.

B d Lotharingie oppidum diocesis Tullensis nobili canonarum secularium collegio inclytum, quod a S. Romarico nomen obtinuit.

e Colitur S. Eliphius 16, S. Eucharius 27, S. Libaria 8 Octobris. Omnia, si Odam excipiās, ad diem 11 Octobris Saussayus meminit.

f Haud procul Solimariaca mons est S. Eliphio cognominis: illic templum suo nomini dicatum habet. S. Euchario templum insigne Liberundi condidit anno 1148 Petrus de Brizy, Tullensis episcopus, teste Calmeto lib. in Historia Lotharingiae cap. 7. Id si primum fuit, liquef. Fragmenti auctorem a S. Menne temporibus intervallo satis longo fuisse remotum.

g Locum mutilum ita ex Ruyrio supple: Atque supradicto episcopio (Tullensi) tres earum, reliqua due in Campania tumulata sunt. S. Libaria in Gran olim oppido, nunc Odornensis pagi vice, sepulta est; S. Menna Fontaneti. Itaque haec ad diwesim Tullensem spectant; uti forte et S. Oda, si hac eadem sit atque illa, quam ad diem 16 Februario signat Breviarium Tullense anni 1553. Quo loco

sepultæ sint ceteræ, distinctius explicatum non D inventi. Ceterum de horum Sanctorum cognatione numeroque consule Commentarium prævium a num. 5.

h Incertum tamen, num. S. Memmius Mennam sacro fonte lustrari, indeque suscepit, an alius Catalannensis episcopus. Porro baptizantis et suspicentis operam unius ejusdemque hominis subinde fuisse, inauditum non est. Adi Commentarium nostrum num. 13 et Commentarium prævium ad Acta S. Remigii num. 124 et seq.

i Verisimiliter privata aliquot virginum Deo devotarum domus fuit, non religiosa societas. Vide num. 16 Commentarii prævii.

k Respicit auctor verba Domini Matt. 10 v. 18 et 19. Et ad præsides et ad reges ducentimi propter me, in testimonium illis et gentibus. Dum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

l De virginum consecratione priorum quinque scularum part. i lib. iii cap. 42 num. 11 ita Thomasinus de veteri et nova Ecclesiæ Disciplina: Et hæ quidem (virgines sacræ) vel suis vel parentum manibus inducabantur vili hac et fusca religionis veste, at alias solemní consecratione velabat episopus ipse. Et paulo infra: Sed longe tamen sanctius, longe augustius erat hoc consecrationis E velum, quod cum sacra pompa solus episopus imponebat. Illa vero velamina, eodem teste, solebant esse colore purpureo.

m Non itaque a patre martyrum subiit, ut quibusdam placet. Vide Commentarium prævium num. 18.

n Probabiliter Julianæ sub annum 561. Vide eundem num. et seq.

o Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris. Exodi 13 v. 20. Verum hæc post transitum maris Rubri contigerunt.

p Nescitur modo Vadi illius locus.

q Illius habitationem ceteri, quos vidi, Fontaneti figurant.

r Nimirus circa annum 580: ita nonnullis visum est; sed mera conjectura utuntur: idcirco S. Mennæ obitum sub finem sculpi quarti late fixi. Manuscriptum hoc de Sanctæ nostræ exuviis ad Portum suavem translatis non meminit; sed, ut, initio, ita et sine fortassis mutilum est.

DE S. MAXIMIANO EP. CONF.

C

BAGALÆ IN AFRICA.

F

J. B.

S. Maximiani memoria sacra, sedes episcopalnis, a synonymis diversitas, a Donatistis persecutio.

SÆCULO V.
S. Maximianus, cuius
Martyrologia

Sanctum Maximianum ad diem 5 Octobris Martyrologium Romanum his verbis annuntiat: In Africa S. Maximiani episcopi Bagalensis, qui a Donatistis iterum atque iterum sevissima passus, ex alta denique turri precipitatus, et pro mortuo derelictus, gloria confessionis illustris quievit in Domino. Celebre quidem est in Donatistarum Historia S. Maximiani nomen, at in antiquioribus Martyrologiis non inventur. Primus, ni fallor, eum Sanctorum Albo inseruit Baronius, quem deinceps recentiorum nonnulli secuti sunt. Qua autem de causa hoc præ alio quovis die annuntietur, præter merum fortasse Baronii arbitrium, assignando non sum: etenim quidquid de illo innout, rix non soli Augustino id omne acceptum referri debet; in quo tamen nullum diei, quo rebus humanis exemptus est, nullum festivitatis alicuius vestigium extat; neque mihi conscient sum, an aliquod alibi repertur.

Ceterum Maximianus, qui modo Bagaiensis episcopus fuisse in Martyrologio Romano legitur, in editione illius Plantiniana anni 1586 Sagiensis nuncupatur: verum ea lectio passim minus probatur eruditus. Vagitanus quoque, Vagiensis, et Vaginensis in variis S. Augustino Operibus cum excusis, tum MSS. dictus reperitur: sed Bagaiensem potius nachi Benedictini S. Mauri dicendum censem, tum quod ita eum constanter nominet S. Augustinus lib. iii contra Cresconium Donatistam, tum quod ita etiam habeant probe notæ MSS. septem, a quibus et alia quedam haud magnopere discrepant monumenta. Vide eorum Notas ad num. 7 Epistole 88, et ad num. 26 Epistole 183 S. Augustini.

2 Eadem de S. Maximiano, que Martyrologium Romanum, Castellanus refert, in suo Martyrologio Universali ad diem 5 Octobris, aliisque recentiores. Addit ille in margine, nullam cultus, nullam diei quoque traditionem haberi, nisi in eorum sit Martym numero, qui Vagenses in Calendario Cartthaginensi